



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCXXXV. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg  
Vollmacht, die versprochenen Heirathsgelder für den Markgrafen von  
Brandenburg vom Könige Christoph von Dänemark mit 12000 Mark Silber  
zu ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

Brief versigelt mit vnsern Insigel. Datum in Werdea, Feria quinta ante diem Nycolai, Anno domini Millefimo trecentesimo XXVI<sup>o</sup>. regni vero nostri anno tercio decimo.

Nach Schultes a. a. D. und Desel, Script. rer. Boic. II, 151. 152.

DCXXXV. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg Vollmacht, die versprochenen Heirathsgelder für den Markgrafen von Brandenburg vom Könige Christoph von Dänemark mit 12000 Mark Silber zu erheben, den 25. Februar 1327.

Nos Ludowicus, dei gratia Romanorum rex semper augustus, notum facimus per presentes, hiis maxime, quorum interest vel poterit interesse, quod nos de persona spectabilis viri, Bertholdi, comitis de Hennenberg, secretarii nostri dilecti, et eius sinceritate et fide plene confisi, ipsum nostrum procuratorem, ambassiatorem et nuncium fecimus et facimus in hiis scriptis, dantes et concedentes eidem pro nobis et illustri Ludowico, marchione Brandenburgensi, primogenito et principe nostro karissimo, cuius curam gerimus et tutelam, liberam potestatem et mandatum speciale, a magnifico Christoforo, Danorum et Sclauorum rege, fratre nostro, summam duodecim milium marcarum argenti puri et plini, Magdeburgensis ponderis et vallis, promissam, constitutam, pactam et stipulatam per eum nostro filio antedicto in dotem et pro dote inclite Margarete, filie sue, sibi desponsatam et traditam in vxorem, exigendi, petendi, requirendi et recipiendi, in toto et in parte, simul et successiue, sicut oblata sibi fuerit et placuerit recipere, necnon eandem summam pecunie receptam tenere, erogare et distribuere, secundum diuisionem et partitionem, dudum per nos pro singulis ordinatam, et super huiusmodi pecunie quantitate recepta et distributa dictum regem pro nobis ac ipso filio nostro quittandi, quitum et solutum reddendi et clamandi, cartas et instrumenta super eo conficiendi et tradendi, cauciones dandi, et quelibet alia faciendi, quorum in premissis vel circa premissa uel quodlibet premissorum opus fuerit, eciam si mandatum exegerint speciale, ratum et gratum habituri, quicquid prefatus comes, procuratorio nomine nostri et prefati marchionis in omnibus et singulis antedictis quomodolibet procurandum duxerit vel agendum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo regie maiestatis iussimus communiri. Datum apud Tridentum, V<sup>o</sup>. kalendas marcii, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

Original im Archive zu Weiningen.

DCXXXVI. König Ludwig giebt dem Grafen Berthold von Henneberg Vollmacht, für seinen Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, eine Braut zu werben, die Ehepacten abzuschließen u. s. w., am 25. Februar 1327.

Nos Ludowicus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos de fide et circumspeccione spectabilis viri,